SIGISMVNDVS AVGVSTVS,

Dei gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithwaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masouiæ etc. Dominus et Hæres, SIgnificamus tenore præsentium quibus expedit vniuersis, et singulis, præsentibus et futuris, harum notitiam habituris, exhibitas esse coram nobis, per certos Consiliarios nros, nomine Ciuium nostrorum Piotrcouiensium, litteras pargamenoas, sanas, saluas, et integras, nec in vlla parte suspectas, sub titulo et sigillo minori, in chordula rubea subappenso, Sermi olim WLADISLAI, eadem gratia Regis Poloniæ, Lithwaniæq Principis supremi, et hæredis Russiæ, etc. de Anno et die infrascriptis, æditas. Imprimis Jurium et Priuilegiorum omnium, quæ olim per Prædecessores nostros, ipsi Ciuitati nræ Piotrkow, et eius Incolis concessa, atq successu temporis, ignis inclementia absumpta, fuerunt, restaurationem, deinde eorundem Ciuium, de Jure Polonico, in Theutonicum, quod Maydeburgense, seu Sreden dicitur, translationem, et postremo exemptionem ipsius Ciuitatis ac eius Incolarum, ab omni Jurisditione et potestate (quæ soli Aduocato ipsius Ciuitatis nostræ, pro tempore existenti, est reseruata) omnium dignitariorum et Officialium Regni nostri, in se continentes. Quemadmodum latius lræ ipsæ, de his omnibus disponebant. Supplicatumq nobis fuit, pro parte eorundem Ciuium, per quosdam Consiliarios nostros, vt huiusmodi lras, omniaq in eis contenta, authoritate nostra Regia, approbare, ratificare et confirmare dignaremur. Quarumquidem lrarum tenor, de verbo ad verbum descriptus, is fuit. IN NOMINE DOMINI AMEN. Ad perpetuam rei memoriam. WLADISLAVS Dei gratia Rex Poloniæ, Lithwaniæq Princeps supremus, et Hæres Russiæ, etc. SIgnificamus tenore præsentium, quibus expedit vniuersis, præsentibus et futuris, præsentium noticiam habituris, Quod quemadmodum Ciues nostri Piotrcouienses, in conspectu Celsitudinis nostræ, sufficienter docuerunt, et sufficienti testimonio mediante, de hoc certificarunt fidem nostram, quomodo tempore, quo damnosa ignis incendia, eidem Ciuitati Piotrcow, dispendia intulerunt violenta, etiam tunc inter cætera damnorum genera, Priuilegia, litteræ, et Munimenta huiusmodi, super Juribus et proprietatibus ipsius Ciuitatis Piotrcow, per nos, et Prædecessores nros, alias data, concremata sunt totaliter, et combusta. Sic igitur nos, ipsorum Ciuium damna, compacientibus gerentes præcordijs, cupientesq ipsorum inopiæ, congruis occurrere remedijs, et lacerata latera resarcire, vt nris huiusmodi suffulti gratiarum beneficijs, sub nostro fœlici regimine, vberius valeant respirare, instantissimis ipsorum petitionibus, benigniter acclinati Jus ipsorum Ciuile, quo omnes aliæ Ciuitates conterminales, seu eiusdem terræ ambitu contete vtuntur, et præsertim, quo Ciuitas nostra Siradia vtitur, in omnibus conditionibus suis, duximus præsentibus restaurand. Nihilominus ergo Ciuitatem ipsam Piotrcow, ipsius Ciues, et Incolas quoscumq, de Jure Polonico in Jus Theutonicum, quod Mademburgense seu Sredense dicitur transferimus, perpetuò duratur. Remouen ibidem omnia Jura Polonicalia, modos, et consuetudines vniuersas, quæ ipsum Jus Theutonicum prædictum, plerumq perturbare consueuerunt + Eximimus insuper, absoluimus, et perpetuo liberamus, omnes et sing[ulos] Ciues, et quosuis prædictæ Ciuitatis Incolas, ab omni Jurisditione et potestate, omnium Regni nostri Palatinorum, Castellanorum Capitaneorum, Judicum, subindicum, et quoruminis Officialium et Ministerialium eorund[em], vt coram ipsis, vel ipsorum aliquo, pro causis tam magnis [qu]am paruis, puta furti, sanguinis, homicidij, incendij, et membrorum mutilationis, et quibusuis alijs enormibus excessibus, citati, minime respondeant, nec aliquas poenas soluere teneatur, Sed tantum Ciues, et Incolæ eiusdem Ciuitatis, coram suo Aduocato, qui pro tempore fuerit, Aduocatus verò coram nobis, seu nostro Juditio, dum per nostram lram, nostro sigillo sigillatam, euocatus fuerit et citatus, tunc non aliter, quàm suo Jure Theutonico prædicto, cuilibet de se querulanti, tenebitur respondere. In causis autem criminalibus et capitalibus, superius expressatis Aduocato sæpedictæ Ciuitatis, qui pro tempore fuerit ibidem, in metis et granitiebus ipsius Ciuitatis iudicandi, sententiandi, corrigendi, et condemnandi, seu etiam puniendi, plenam damus, et omnimodam concedimus, tenore præsentium, facultatem, prout hoc ipsum Theutonicum Jus Mademburgense, seu Sredense prædictum, in omnibus suis punctis, conditionibus, sententijs, articulis et clausulis, postulat, et requirit, Juribus tamen nostris Regalibus, in omnibus semper saluis, harum, quibus sigillum nostrum, appensum est, testimonio litterarum. Datum in Jnowlodz, die Dominica proxima, post Octauam Corporis domini nostri Jesu Christi. Anno eiusdem, Millesimo, Quadringentesimo, Quarto. Præsentibus his validis, Strenuisq Joanne Ligaza, Lancicien, Jacobo de Koneczpole, Siradien, Pallatinis, Cristino de Ostrow, Sandomirien, Jacobo Brzeznicen, Castellanis, Gneuossio de Dalenicze, Subcamerario Cracouien, Joanne de Oleschnicza, Capitaneo Lancicien, alijsq multis nostris fidelibus fidedignis. Per manus honorabilis Nicolai, Regni nostri Vicecancellarij, fidelis dilecti. NOS ITAQZ SIGISMVNDVS AVGVSTVS Rex præfatus, supplicationi ipsorum Consiliariorum nrorum, benignè annuen, lrás suprascriptas, in omnibus earu[m] punctis, clausulis, et articulis, approbandas, ratificandas et confirmandas duximus, præsentibusq approbamus, ratificamus, et confirmamus. Decernen easdem, omniaq in eis contenta, robur debitæ et perpetuæ firmitatis habituras. Harum quibus sigillum nostrum est subappen-

[illegible]

NB

W. de Lwiako ne

1404

1550

Reuisum per Ill. Lustratores Maioris Poloniæ
die 24 Febr. Aº D. 1660
Joan Chrysostomus Wilchasky
Reg. Mttis Secrius



SIGISMVNDVS AVGVSTVS

Dei gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithwaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masouiæ etc Dominus et Hæres, Significamus tenore præsentium quibus expedit vniuersis, et singulis, præsentibus et futuris, harum notitiam habituris, exhibitas esse coram nobis, per certos Consiliarios nros,
nomine Ciuium nostrorum Piotrcouiensium, litteras pargamencas, sanas, saluas, et integras, nec in vlla parte suspectas, sub titulo et sigillo minori, in chordula rubea subappenso, Sermi olim WLADISLAI, eadem gratia Regis Poloniæ, Lithwaniæq Principis supremi, et hæredis Rus-
siæ, etc. de Anno et die infrascriptis, æditas. Imprimis Iurium et Priuilegiorum omnium, quæ olim per Prædecessores nostros, ipsi Ciuitati nræ Piotrkow, et eius Incolis concessa, atq successu temporis, ignis inclementia absumpta, fuerunt, restaurationem, deinde eorundem Ciuium, de
Iure Polonico, in Theutonicum, quod Maydeburgense, seu Sreden dicitur, translationem, et postremo exemptionem ipsius Ciuitatis ac eius Incolarum, ab omni Iurisditione et potestate (quæ soli Aduocato ipsius Ciuitatis nostræ, pro tempore existenti, est reseruata) omnium dignitariorum
et Officialium Regni nostri, in se continentes. Quemadmodum latius lræ ipsæ, de his omnibus disponebant. Supplicatumq nobis fuit, pro parte eorundem Ciuium, per quosdam Consiliarios nostros, vt huiusmodi lras, omniaq in eis contenta, authoritate nostra Regia, approbare, ratificare
et confirmare dignaremur. Quarumquidem lrarum tenor, de verbo ad verbum descriptus, is fuit. IN NOMINE DOMINI AMEN. Ad perpetuam rei memoriam. WLADISLAVS Dei gratia Rex Poloniæ, Lithwaniæq Princeps supremus, et Hæres Russiæ, etc.
Significamus tenore præsentium, quibus expedit vniuersis, præsentibus et futuris, præsentium noticiam habituris. Quod quemadmodum Ciues nostri Piotrcouienses, in conspectu Celsitudinis nostræ, sufficienter docuerunt, et sufficienti testimonio mediante, de hoc certificarunt fidem nos tram,
quomodo tempore, quo damnosa ignis incendia, eidem Ciuitati Piotrcow, dispendia intulerunt violenta, etiam tunc inter cætera damnorum genera, Priuilegia, litteræ, et Munimenta huiusmodi, super Iuribus et proprietatibus ipsius Ciuitatis Piotrcow, per nos, et Prædecessores nros, alias data,
concremata sunt totaliter, et combusta. Sic igitur nos, ipsorum Ciuium damna, compacientibus gerentes præcordijs, cupientesq ipsorum inopiæ, congruis occurrere remedijs, et lacerata latera resarcire, vt nris huiusmodi suffulti gratiarum beneficijs, sub nostro foelici regimine, vberius valeant
respirare, instantissimis ipsorum petitionibus, benigniter acclinati, Ius ipsorum Ciuile, quo omnes aliæ Ciuitates conterminales, seu eiusdem terræ ambitu contete vtuntur, et præsertim, quo Ciuitas nostra Siradia vtitur, in omnibus conditionibus suis, duximus præsentibus restaurand. Nihilo-
minus ergo Ciuitatem ipsam Piotrcow, ipsius Ciues, et Incolas quoscumq, de Iure Polonico in Ius Theutonicum, quod Madeburgense, seu Sredense dicitur transferimus, perpetuò duratur. Remouen ibidem omnia Iura Polonicalia, modos, et consuetudines vniuersas, quæ ipsum Ius Theu-
tonicum prædictum, plerunq perturbare consueuerunt + Eximimus insuper, absoluimus et perpetuo liberamus, omnes et singulos Ciues, et quoslibet prædictæ Ciuitatis Incolas ab omni Iurisditione et potestate, omnium Regni nostri Palatinorum, Castellanorum Capitaneorum, Iudicum, subin-
dicum, et quorumuis Officialium et Ministerialium eorundem, vt coram ipsis, vel ipsorum aliquo, pro causis tam magnis quam paruis, puta furti, sanguinis, homicidij, incendij, et membrorum mutilationis, et quibusuis alijs enormibus excessibus, citati, minime respondeant, nec alijs poenas
soluere teneatur, Sed tantum Ciues, et Incolæ eiusdem Ciuitatis, coram suo Aduocato, qui pro tempore fuerit. Aduocatus verò coram nobis, seu nostro Iuditio, dum per nostram lram, nostro sigillo sigillatam, euocatus fuerit et citatus, tunc non aliter, quam suo Iure Theutonico prædicto,
cuilibet de se querulanti, tenebitur respondere. In causis autem criminalibus et capitalibus, superius expressatis Aduocato sæpedictæ Ciuitatis, qui pro tempore fuerit ibidem, in metis et granitiebus ipsius Ciuitatis iudicandi, sententiandi, corrigendi, et condemnandi, seu etiam puniedi,
plenam damus, et omnimodam concedimus, tenore præsentium, facultatem, prout hoc ipsum Theutonicum Ius Madeburgense, seu Sredense prædictum, in omnibus suis punctis, conditionibus, sententijs, articulis et clausulis, postulat, et requirit, Iuribus tamen nostris Regalibus, in omni-
bus semper saluis, harum, quibus sigillum nostrum appensum est, testimonio litterarum. Datum in Inowlodz die Dominica proxima, post Octauam Corporis domini nostri Iesu Christi. Anno eiusdem, Millesimo, Quadringentesimo, Quarto. Præsentibus his validis, Strenuisq
Ioanne Ligaza, Lancicien, Iacobo de Koneczpole, Siradien, Pallatinis, Cristino de Ostrow, Sandomirien, Iacobo Brzeznicen, Castellanis, Gneuossio de Dalenicze, Subcamerario Cracouien, Ioanne de Oleschnicza, Capitaneo Lancicien, alijsq multis nostris fidelibus fi-
dedignis. Per manus honorabilis Nicolai, Regni nostri Vicecancellarij, fidelis dilecti. NOS ITAQZ SIGISMVNDVS AVGVSTVS Rex præfatus, supplicationi ipsorum Consiliariorum nrorum, benignè annuen, lras suprascriptas, in omnibus earu
punctis, clausulis, et articulis, approbandas, ratificandas, et confirmandas duximus, præsentibusq approbamus, ratificamus, et confirmamus. Decernen easdem, omniaq in eis contenta, robur debitæ et perpetuæ firmitatis habituras. Harum quibus Sigillum nostrum est subappen-
sum, testimonio litterarum. Datum Cracouiæ Sabbato in crastino Præsentationis gloriosissimæ virginis Mariæ. Anno Domini. Millesimo, Quingentesimo, Quinquagesimo. Regni verò nostri, anno vigesimo primo.

Ioannes Ocziesski
R. p. Vicec.

R. do Magci Ioannis Ocziesski, Regni Poloniæ Vicecancellarii,
Succamerarij, et Burgrabij Cracouien. Sandecensq Capitanei.

NB

1404

1550

Firmand 8vo

Privilegium
ad non tenentes
... 1550. ...
Exemptio Fori Incolarum
Petricovien a Jurisdictio
ne Castrensi

N[ro] 8vo 1550

Summaryczny Inwentarz
Archiwum Dawnego
Piotrkowa

N[ro] 8/53 ad n. 1544

Revisum per DD. Lustratores
...

1550